



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Require luce euangeliste.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

fortuna añ. **D**iserere mei.

Lusemie decimasexta septem
bris ferialiter sicut de virgini

Concede qñs bus. **Colla.**
omnipotens deus: vt brā eu/
femia que virginitatis parit
z martyrii promeruit palmaz
intercessionibz suis z presētis
vite remedia nobis conferatz
eternam salutem Per domiñ.

Lampri episcopi xxij. septem
bris ferialit sicut de vno mar

Libera qñs dñe tñre **Colla.**
a peccatis et hostibz pplm tñ
bi supplicantem vt beati sacer
dotis ac martiris tui lampri
doctrinis viuentes nullis af/
ligamur aduersis Per dñm.

In vigilia **M**athei apo/
stoli et euangeliste. xx. septem.

Ad nonā añ. **I**n paciētia ve
stra et cetera de cōi aplozum.

Caplm'. **U**nicuiqz nostrum
data ē. **R**equire in vigilia a/
scensionis. **Colla.**

Concede
qñs omps deus venturam.

vt in cōmuni. **I**n primis ve
spis vna añ. **D**um steterit

cur ceteris. **P**salmi feriales **R**
Qui sunt hi. **C**aplm et colla

vt s ad nonam. **S**up mag. a.
Ecce ego iohannes. **R**equi/
re luce euangeliste. **L**ectio. I.

Mattheus apostolus p^o

dñi ascensionem in ethi
opia ciuitate nadaber pdicāf

zaroenz arphaxat magos rep
perit ita homines suis artibus

dementantes: vt quoscūqz vel
lent membroz officio et sanis/
tate priuare viderent se quo
qz quasi deos fecerunt ab ho/
minibz adorari. **T**u aut. **L. ii**

Mattheus aut ita magoz p/
stigia detegbat: qz quicquid
illi faciebant hominibus i p/
niciem. hoc ipse conuerteret in
salutem. nam et dracones ig/
nem sulphureum ore: z naribz
spirantes quos isti adduxerāt
apostolus tanqz oues māsue/
tissimas sine vllius lesione ab
ire fecerat. **L**ectio tertia.

Post hec mattheo predicāte
populo de gloria paradisi ec/
ce subito tumultus exort^o est
in quo regis filius mortu^o plā
gebat. **Q**uē cū magi suscitāf
non possent regi suaserunt qz
deorum consortium assump/
tus esset. z ideo simula cruz ei
construi oporteret. **S**ed hunc
apostolus sua oratione proti
nus suscitauit. **T**u. **L**ectio. iij

Rex aut egyptus cum vxo z

re sua et omni populo bap/
tizat^o est. **E**pygeniam quoqz

regis filiam apostolus deo
dicatam plusqz ducentis vir/
ginibus prefecit. ac totā ethi/
opiam ad fidem conuertit. nā

eccelesie quam ibi edificauerāt

triginta et tribus annis prese
dit **T**u aut dñe miserere nob.

Nirtacus vero regis **L**ectio. v.

successor epigeniam concupi z

scens dimidiuz regni sui apo-
 stolo promisit. si virginem ad
 consensum coniugij eius incli-
 naret. Tui apostolus ait: vt
 fm morem sui pdecessoris do-
 minica die ad ecclesiam coue-
 niret: z pñce epygenia cum ce-
 teris virginibus q̄ bona sint
 iusta coniugia audiret. Tu at
Quo cum rex cū gau- **Le. vi**
 dio properaret: Mathe⁹ omi
 populo congregato de bono
 matrimonij diu locutus eadē
 subintulit. Tum bonū sit ma-
 trimonium si saluo federe te-
 neat. si tamen regis sponsā ser-
 uorum aliquis vsurpare presu-
 meret regis offensam incurre-
 ret z mortem mereretur. Itaz
 tu rex epygeniam eremi regis
 sponsam quō poteris tuo ma-
 trimonio copulare. Unde fu-
 ribundus rex spiculatorē mi-
 sit qui iuxta altare gladio a-
 tergo infixo apostolum marty-
 rem domino consecrauit. Tu
In illo tpe: **Scdm mat.**
 Videns iesus hominez
 sedentem in teloneo matheū
 nomine ait illi Sequere me.
 Et reliqua. **Omelia vetera**
Audiuimus **billis Bede ps.**
 quia sedentem in teloneo ma-
 theum ac temporalibus curis
 intentum repente misert⁹ vo-
 cauit: z de publicano iustum:
 de telonario discipulum fecit.
 Tu autem domine. **Leō. viij**

Matheum etiam proficienti
 bus eiusdem gratie incremen-
 tis de communi discipulorum
 numero ad apostolatus gra-
 dum promouit. nec solum pre-
 dicandi: verum etiam scri-
 bendi euāgelium illi ministe-
 rium commisit. vt q̄ terrestriū
 curam omiserat: celestium esse
 talentorum dispensator inci-
 peret. Tu autē dñe. **Leō. ix.**
Quod ob id vtiq̄z prouidē-
 tia superna fieri disposuit: vt
 nullum enormitas. nullū nu-
 merositas suorum scelez a spe-
 randa venia reuocaret cū hūc
 tantis mundi nexibus abso-
 lutum: tam celestem sem̄ spi-
 ceret. vt cōmunicato cum an-
 gelicis spiritibus vocabulo euā-
 gelista nominaret z esset. Tu.
Si concurrerit quattuor tem-
 porū legētur due omelie **Pria**
de aplo p. viij. l. cōne. Secūda
de feria pro octaua et. ix. l. c. et
post pmū bñd. añ. z col. s. q̄
tuor tpijs. Ad laud. añ. Hoc
est pceptū cū ceteris. Captm.
Dñs dedit quosdam quidez
beati matthei Col. aplos.
 apostoli et euāgeliste dñe p̄ci-
 bus adiuuemur. vt quod pos-
 sibilitas nostra non obtinet e-
 ius nobis intercessione donec
 Per dominum nostrum iesuz
 christum. **Letera omnia s̄ apo-**
stolis. In secundis vespers
Jurauit dominus p̄ totum.